



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 14. Magnis febribus. Anima tenetur infirma febribus amoris inordinati: hic namque malus est ignis, de quo D. Ioannes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

quod Evangelij Tenebatur. Fratres sunt germani corpus & anima, caro, & spiritus. Maior natu corpus est: quia primo formatum; & ex eo quod dicit Apostolus: *Nō prius, quod spirituale, sed quod carnale.* Quem autem Deus vnitum sibi desiderat, minor natu est, spiritus tuus, ut vinum quid cum illo per amorem fiat & charitatem. Illum procul ablegas à Deo, ubi namque tuam procul detines animam: in altera; tu vero, in tuis leuitatibus, in tua tu facultate & auaritia, in medio tu mundi, honorumque ambitione? Ut autem ad illum, fratrem hunc adducas minorem, captiuum detinet natu seniore, corpus scilicet & carnem, compedibus febris, podagrae doloris, afflictionis: & hoc intendit, ut Apostolus in altero: *Quem tradidit Satana in interitum carnis, ut spiritus saluus sit.*

§. 14. Magnis febribus. Anima tenetur infirma febribus amori inordinati: hic namque malus est ignis, de quo D. Iohannes.

**A**liud quoque caelestis nobis indicat medicus, ex sententia D. Ambro. in hunc locum: *Tenebatur magnis febribus*: illis etenim corporis febribus, animae febres designat, quibus tenetur infirma, omnes namque eius ægritudines febres sunt: *Æstus diuersarum cupiditatum.* Nemo negat, quin calor corporis, calore significet animæ. Nihil tam vitæ corporis necessarium, quam cordis calor, ita ut tanto vita duret tempore, quanto calor perseverat. Et hoc maximè scimus evidens esse signum quæpiam occubuisse, quando corpus frigore contractum agnoscimus, & tunc patet omnino extinctum, si verò vel remissum seruat calorem, de hoc pronuntiamus, quòd adhuc in viuis sit, vel saltem non pridem mortuus. Hoc autem intelligitur, quando calor est temperatus, cum illi namque & per illum valetudo conferatur, ex coque bona procedit corporis dispositio, qua vegetus homo, sapide comedit, bibit, digerit, dormit, agilis est & omnibus suis aptus actionibus. At si calor hic fuerit exstans, febris est, & ea est, quæ corpus incendit, alterat pulsum, caput perturbat, oculis grauedinem, pedibus tremorem & concussionem, nec non in toto causat corpore fatigationem, edendi perditur appetitus, gustus euanescit, & nulli in suis congruum est membrum functionibus.

Quod est in corpore calor, hoc est amor in Hieron. Bapt. de Lamma. Tom. II.

anima. Estque hic vitæ adeo necessarius, ut sine illo, nedum homines, sed nec ipsa viuere possunt animalia. Si homo seipsum non amaret quomodo curam sui gereret? Amorem tolle filiorum, quis illos educabit? quis eorum feret non molestis molestias? si bona non diligere terrena sibi necessaria, qua ratione tanto procurarent sibi illa studio? Hac de causa, natura prouida mater, hunc cordis amorem insculpsit naturalem, quem diuinus, nedum in hominibus sed & in bestiis ad sui conseruationem requisitum, quo parentibus inquietam in nutriendo filios ingerit fouetque sollicitudinem, quid agit in pulorum educationem hirundo? quam anxia huc illucque peruolat escam quaestura? quam diligenter otis succurrit agnos? Leones, tigrides, ouis dicat quo studio nutriant, propugnentque catulos? Vtulus vorax illis congerit, quidquid inuenit, illo non vefcens, quo possunt catuli sustentari. Mirare gallinam glouitantem, qua quod scalpendo granum inuenit, non ipsa comedit, ut illo pulli nutriantur: nec non & ipsa columba, quod rostro deglutiet, denuo reuomit, quo pulis proponat.

Adeo necessarius est hic amor, ad vitæ totius vniuersi, conseruationem ut etiam in creaturis, quæ vitæ carent, auctor naturæ surdum instilauerit amorem: propterflones nempe naturales, & ad propria loca inclinationem, quibus salus conseruentur: quas philosophi dicunt: *Pondus natura.* Est autem hoc ita in propatulo, ut ipsi philosophi Stoici definiunt amorem esse procuratorem generalem, quem auctor naturæ cunctis prouidit hominibus, quinimo creaturis omnibus; ut ipse illis prospiceret, perpetuus esset procurator, eorumque susciperet curam; quæ conseruationi conducerent, ac consentiæ creaturarum. Est igitur vitæ in corde nostro amor necessarius. Quando hic ordinatus est & temperatus, nec non illa bona dispositione commendabilis, quam declarat D. Bernardus ut homo plus Deum quam seipsum diligat, & proximum sicut seipsum, temporalia minus quam se: proh quam prospera gaudet, floretque valetudine? Hoc amore viuens, omnia diuino postponit obsequio; Deique seruat legem: onerosus nulli, temporalia appendit moderatè, suoque loco æstimat omnia.

Sponsam aduerte caelestem hoc ordinato viuenda amore. Sponsi caelestis opere: *Ordinatus in Amore me charitatem.* Quam pulchra, quam vegeta, o dinatus qua robusta, quæ cunctas valeat acies inimicas in spolia.

V u u u d'amp. Cant. 2.4

I. Hic animalia. Si homo seipsum non amaret quomodo curam sui gereret? Amorem tolle filiorum, quis illos educabit? quis eorum feret non molestis molestias? si bona non diligere terrena sibi necessaria, qua ratione tanto procurarent sibi illa studio? Hac de causa, natura prouida mater, hunc cordis amorem insculpsit naturalem, quem diuinus, nedum in hominibus sed & in bestiis ad sui conseruationem requisitum, quo parentibus inquietam in nutriendo filios ingerit fouetque sollicitudinem, quid agit in pulorum educationem hirundo? quam anxia huc illucque peruolat escam quaestura? quam diligenter otis succurrit agnos? Leones, tigrides, ouis dicat quo studio nutriant, propugnentque catulos? Vtulus vorax illis congerit, quidquid inuenit, illo non vefcens, quo possunt catuli sustentari. Mirare gallinam glouitantem, qua quod scalpendo granum inuenit, non ipsa comedit, ut illo pulli nutriantur: nec non & ipsa columba, quod rostro deglutiet, denuo reuomit, quo pulis proponat.

III. Amor necessarius.

IV. Amor dicitur pondus naturæ, & creaturarum procurator.

V. Sponsam aduerte caelestem hoc ordinato viuenda amore.

demonis mundi, carnisque superate: Pulchra ut  
 Luna, elicta ut Sol, terribilis ut castrorum acies or-  
 dinata: Per membra singula sponfus sponfam  
 contemplatur & omnia gaudet optime disposi-  
 ta: Caput medita sionibus in caelum usque ascen-  
 dentibus, ut coepa de monte Galaad. Oculi sim-  
 plices sunt, ut columbarum, labia feruenti ora-  
 tione, velut cocco tincta, &c. quimmo & ipsa de  
 se profert testimoniu: Ego mirus, & ubera mea,  
 quasi turris, ex quo sulca sunt coram eo, quasi pacē  
 reperiens. Pax effectus est amoris bene ordinati,  
 q. d. ex ordinata in me, sponsi opera, dilectione,  
 cor meum gaudium pacis inplevit inter oris em-  
 mimentissimum. Pax nihil aliud est, quam mul-  
 torum in vniu conuenientia. Cuncta haec pos-  
 sibile anima amore seruens ordinato.  
 VI. Quando cytharae chordae unanimo resonant  
 Similitudo. proportionem, ut nec una alioqui quam par est au-  
 diatur sono, nec alia, quam musica requirit, in-  
 feriori & quaeque debitam seruat cum prima  
 conuenientia, quam graua, quam suavis inloquat  
 harmonia: Talis est anima, in qua, velut in cy-  
 thara, multae sunt & variae chordae, quae musica  
 sonumque conficiunt. Item enim habet anima, mul-  
 tos variosque affectus, quibus amamus Deum,  
 nos ipsos, & proximum quando prior amor, scilicet  
 Dei resonat altissime, hoc namque sit oportet,  
 ut conuenienter a prima procedat, & huius  
 conformiter amoris nostri, & proximi regula-  
 tur: intellige me; quando principaliter primoque  
 loco diligimus Deum, nostrisque ad Deum dirigatur  
 amor, ex ordine, quo nobis praescribit Deus,  
 nec eum ultro greditur. Amor etiam, quo diligē-  
 dus est proximus, sicut nos ipsi, est in ordine ad  
 Deum, fert. nam quoque desideramus in quantum  
 conducunt quo diuinae Maiestati suae seruiamus  
 alacrius, tunc omnia sunt recte disposita, re-  
 sonatque in anima harmonia quaedam caelestis,  
 & diuini auribus acceptissima. Haec est illa  
 pax, de qua sponsa, quam in illa produxit amor  
 bene ordinatus, quem illi caelestis sponfus inspi-  
 rauit. Hoc quoque eleganter exposuit D. Paulus.  
 1 Cor. Charitas patiens est, benigna est, charitas non amu-  
 latur, non agit perperam, non inflatur &c. omnia  
 Rom. 13. 10. suffert, omnia erudit, omnia sperato inuia sustinet. Et  
 iterum: Qui diligit proximum legem impleuit,  
 plenitudo legis est dilectio. Hic est ille amor vitae  
 1. Ioan. 3. 10. conseruatiuus, sine quo nulla potest esse vita:  
 iam enim dixit ille amoris discipulus: Qui non  
 diligit, manet in morte.  
 1. 4. Sicut igitur ille qui temperatum, beneque dis-  
 positum calorem habet, a naturali congrua ha-  
 bet, omnia corporis membra functionibus, na-

vi nullo possit ambulare negotio, sedere, come-  
 dere, dormire, &c. Similiter & ille, quia amor  
 habet caelestibus contemplationibus idoneum, inuicem  
 perfacile est illi pauperibus erogare elemosinas,  
 nam, indigis succurrere, perbelle sapit ille vniu-  
 tum exercitium; Si quando vero calor ille ultra  
 debitum accenditur; ilico febicitur anima;  
 quando tuas feruentius amas, quam Deum, vo-  
 luprates, quando tanto tuum prosequeris amore  
 lucrum, & delicias, ut ob haec ea quae Deum sunt,  
 & proximi negligas. Hinc omnes animae scatu-  
 riunt infirmitates, omnes sunt febres, est etiam  
 amor excessiuus, & calor nimius, res vltra quam  
 par est diligere. quod vixico verbo comprehen-  
 dit D. Augustinus. Omne peccatum procedit ex amore. D. Augustinus  
 male inflammatus.  
 Quare ab aquila illa caelesti, num in mun-  
 do sint infirmitates, & tantas esse tibi responde-  
 bit, ut totus sit mundus hospitale languentium. IX.  
 Totus mundus in maligno positus est. Perpendas Amorem  
 cum D. Thoma verbum illud: Maligno, quod non  
 credis esse Maligno? Malus est, quia ordinatus  
 est: q. d. totus mundus igne seu calore laborat ignis est  
 malo. Quis autem est ille calor? nostra conu-  
 ptescentia: amor immodicus: Omne quod est in  
 mundo, concupiscentia est. Quid est concupiscentia?  
 profusus amor. Omnes mundi infirmitates,  
 febres sua, diuersae licet speciei, quia velut  
 sunt honoris, bonorum, aut voluptatum amor est.  
 illicius. Hinc omnes profuunt infirmitates.  
 Optime nobis hoc exponit Apostolus (testatur  
 D. Augustinus) qui praedicere volens, quae in  
 mundo habentur infirmitates, sic in  
 suo scribit Timotheo: Hoc autem scio, quod in  
 nouissimis diebus, instabunt tempora periculosa.  
 Quid futurum in illis? multae infirmitates. Et  
 quales haec? Erunt homines seipsos amantes, cupidi  
 elati superbi, blasphemae, parentibus non obediētes,  
 ingrati, sceleris sine affectione sine pace, criminato-  
 res, incontinentes, inuicem sine benignitate prosequen-  
 tes, potius inuidi &c. saeva: nihil Deus: quales  
 litaniae, sed non Sanctorum: quor infirmitates  
 nullum nouum negotium, quod tot speciei  
 alar infirmorum: Erunt homines seipsos aman-  
 tes, cupidi elati &c. Dic nobis (amabo) & illi  
 me Apollolae: quae harum omnium origo in re-  
 miatum? Ex febribus, ex intemperanti amoris. Ex  
 astu, quo homines exuuntur, nimis sui prosequi re-  
 amatores Narcissi. Vident quod aliud ut radi-  
 cem, posuerit primicium: Erunt homines se  
 ipsos amantes. Proinde sicut qui febribus labo-  
 rat, illis ita inflammatur, ut nihil aliud cogit  
 get, quam suis extinctionem, quam illi mi-  
 nit.

minus ardor infligit; in peccator nimio amote exardescens, nihil meditatur aliud quam quo possit suis satisfacere desiderijs, quae nimius ille amor in eo sollicitat ardentissima. Quid aliud avarus animo recogitat, a more divitiarum incalescens, praeter consummum earum incrementum? ubi pecunias impendat quo minus extrahat, maius attrahat? quomodo domi nummorum faciat omnium depositum? & quantum cumque haberit, numquam se fateatur esse satiatum. Impudicus, qui viuo inardescit igne concupiscentiae: de quo cogitat, quem sibi imaginatur, de quo loquitur, agit, negotiatur, nisi quo suas possit lubricis implere voluptates; quibus medijs in quo studio, qua congrue diligentia, & sum numquam explet appetitum, quid animo reuoluit honorum sitientissimus, ignitus carbo flammis ambitionis, & inordinatis dignitatum desiderijs inardescens, nisi qua ratione primas occupet honorum cathedras, officia primaria illa iam possidens currit exanimis, & inquietis alijs inhians dignioribus, numquam superum vas implere appetitum. Haec omnia ex amore prodeunt incomposito: *Erunt homines seipsos amantes.* Malum gravissimum.

§. 15. Magnis febribus. Quando febris magna sunt, ipsa tenent infirmum, & rabidam excitant sitim, sicut in *Thotimo*.

**M**Alae sunt licet omnia febres, ab illis tamen te Deus praeseruet, quae sunt adeo magnae & ardentes, ut ipsae teneant peccatorem, de quo dicere liceat: *Tenebatur magnis febribus.* Quando febris calor primum inardescit, & modicus est, illam tu tenes, & ais: habeo seu teneo febriculam, quam pedes perfero, si vero maior fuerit & ardentior, illa te lectulo detinet prostratum. Domine, febris me hic detinet, quae mihi nec gustum, nec comedendi appetitum, nec vires, nec quietem, nisi milleis illusionibus interruptam, nec surgendi robur concedit quin exemplo debilis corruam. Quando in te peccatum incipit, tu tenes illud. Tu ad aedes diuertis talis: tu negotia tu commercia peccatiarum agitas: dum grauius incalescit, ipsa te detinet, ut dicas, vere Domine, talis optarem consortio valedicere, sed nisi illam videro nequeo vivere: vellem aliena restituere, sed dum haec praemeditor, deficiunt vires, languet animus, brachia collabuntur.

O magna febris, cum te adeo teneant languidum ut totus incalescas, sitique exarcescas. Eleganter hoc expressit sapiens ille Rex amicus Iob Baldad Sabites, illorum quemdam describens: *Arctabuntur gressus viriuis eius, & praecipitabit eum consilium suum.* Arctatus ingemiscet gressibus vires deficient, & dolorosis ipsum affliget angustijs suum ipsius consilium. En tibi (loquitur D. Gregorius) peccatorem, criminum D. Gregorius innotuit, qui in tantum illis afficitur, ut L. 14. m. quo possit evadere vires illi languere videantur: *cap. 4.* *Ut etiam, cum ad bona opera redire voluerit, vix possit & praecipitabit eum consilium suum.* Quam anxie talis quispiam infelix cruciatur discursus, diuersa agitata consilia, ad grauiore sui cruciatum. Si talem manu misero, mea mihi perditur voluptas: nisi illam dimisero, mea perit anima. Si raptu restituo, pauper in mundo & omnium indignus viuo: nisi restituero, numquam regni caelorum mihi patet introitus. Iacet h. c. miser, ut nec viribus polleat; quibus seipso fortior gradu figat quo de peccato proficiat, & suo se torquet consilio. Vnde hoc quia a peccato tenetur illaqueatus: *Inmisit enim in viue pedes suos, & in maculis eius ambulat.* Tanta eius est infelicitas ut reibus pedes suos irretierit, foraminibusque intorserit: haec namque maculae retium appellantur. Ab apibus deducitur metaphora, quae stultitiae incidunt in laqueos, quod si pedes retium maculis intricauerint, illis ita implicentur, ut etiam si voluerint, conenturque quantum poterint, laqueis captae detineantur.

Te ipsu hic, infelix intueri in venere laqueos incidisti conuersationis, utriusque pedis illaqueasti. Peccatum voluntatem scilicet & intellectum, pedes animae: est sane aliud meditaris, nec aliud intendis per dies, queus nec aliud nocte reuoluis nec aliud tibi sapit, nisi de his cofabulari: hic tui signatur pedes, tua sollicitudo, nutria tua, tuae cogitationes. Tu vero qui in auaritia corruisti totia, laqueus etenim hic est diaboli, teste D. Pa totus tuus occupatur intellectus, afficitur voluntas, tota tua dispenditur cura, medijs cogitandis, quibus pauperi sua detrahaz, & tuas augeas iniuste facultates. Plane status miserabilis: & qui in eo versatur, tetus est & detetys: *Tenebitur plata illius laqueo, & exardescet Iob. ca. 6.* *corra eu suis. Abscondita est in terra pedica eius, & discipula illius super semita.* Vides a longe passerem qui volare conatur, alas obcutit, & quasi subsilit, do in eodem tamen loco remanet, & ais, laqueo, in que incidit, captus detinetur pedibus, & illum miser non vidit, etenim sub terra latebat absconditus. Quoties alterum intueris, quo conamine V u u u z laboret

Febris magis amoret valde inco-